



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 28. Quator episcopatus recentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

mieni ultra id, quod jam percipit, certam portionem alias per litteras statuemus. Tum Papa sibi reservat terminos novis dioecesibus designandos; ac prohibet, nequis hominum, quacunque demum dignitate floreat, etiamsi Episcopus sit aut Rex, ullo modo impediatur executionem hujus diplomatis dati Avinionem 25 Junii an. 1317.

Sæcul. XIV.
A. C. 1317.

Generales Papæ Joannis querelæ de Tolosano Episcopo videntur singulariter attinere ad ultimum, nempe Gaillardum Preissacium Clementis V nepotem, & ab eo huic sedi impositum an. 1305; sed ob dissipata bona malosque mores suos an. 1317 a Papa Joanne exauthoratum. Qui ei postea Rejemensem in Provincia episcopatum obtulit. At Gaillardus manere privatus maluit.

Baluz. vit.
to. I. p. 187.
621.739.

§. XXVIII.

Quatuor episcopatus recentes.

Sanctus Theodardus, quem Mons Albanus veneratur, in Narbonensem Archiepiscopum anno 888 initiatus ad cælum evolavit 1 Maji anno 893. Non debet confundi cum S. Theodoro Trajecti ad Mosam Episcopo & Martyre annis ducentis antiquiore, qui 10 Septembris colitur. S. Theodardus Narbonensis in abba-

Boll. to. 12.
p. 142.

Sup. Lib. 38.
§. 58.

Lib. 39. §. 45.

Sæcul. XIV. A.C. 1317. abbatia S. Martini Montaureolana & vi-
ta functus, & terræ mandatus est: at-

Baillet. n. 3.

Nov. Castell.
Martyr. U-
niv. 3. Nov.
Catel. Lang.
p. 226.

Gall. Chr.
to 2. fol. 676.
to. 1. p. 693.

e. Ad ejus.
lib. Extrav.
Com. de
præb.

Gall. Chr.
20. 3. p. 748.

p. 837.

que pagus circa hanc abbatiam con-
structus progressu temporis crevit in ur-
bem Montem Albanum nomine. Hæc
abbatia Benedictina erat obnoxia Casæ
Dei in Arvernia. S. Papulus est Martyr,
qui creditur fuisse Sacerdos, & socius la-
borum S. Saturnini Tolosani. Honora-
tur 3 Novembris in veteri abbatia pro-
pe Castellum Artanorum. Sed corpus
ejus jacet in Tolosano S. Sernini templo.
Adjunctum monasterium etiam a S.
Paulo nomen habebat. Lomberia ad
Auscitanam prius dioecesim pertinens
Vasconiæ urbs continebat veterem Do-
minæ Nostræ abbatiam Augustinianam.

Primus Montis Albani Episcopus
Bertrandus Dupujus antehac ejus Abbas
a Papa hujus dioceeseos administratio-
nem in rebus sacris profanisque prius
accepit, quam consecraretur. Debe-
bat vero inaugurari per Cardinalem Be-
rengarium Fredolium. At non fuit ini-
tiatus; triennio tamen hanc rexit Ec-
clesiam. In primum Fani S. Papuli Epi-
scopum evasit ultimus ejus Abbas Ber-
nardus Turrius ex nobili Mirapicinæ
dioceeseos familia. Sedem Rivenensem
primus obtinuit Guilielmus Delabro-
cius Decanus Bituricensis. Sed anno
sequente Papa ei suffecit Pilefortium
Rapista-

Rapistanium Apamiensem antea Episcopum, postea Cardinalem. Lomberiæ primus Episcopus factus est Arnaldus Rogerius Conveniensis frater Archiepiscopi Tolosani. Acceperat solam tonsuram, nec plures, quam viginti septem annos natus erat. Sed adhuc oportebat Episcopum habere annos triginta. Utriusque regulæ gratiam Arnaldo Papa fecit per diploma, in quo eum præconiis ornat ad verbum iisdem, quas Episcopo Montis Albani tribuit: quod indicat hoc laudandi genus consuetudinis tantum fuisse, ac stylum curiæ. Primus Archiepiscopus Tolosanus fuit Joannes Raymundus Bernardi V Convenarum Comitis filius, antehac ab anno 1310 Episcopus Magalonensis, anno 1317 translatus Tolosam, priusquam fieret metropolis.

Sæcul. XIV.
A.C. 1317.

p. 947.
Bal. l. 1.
p. 135. 139.
748.
Gall. Chr.
to. 2. fol. 676.
to 3. p. 947.
c. Nuper. 8.
Extrav.
com. de
præb.

§. XXIX.

Tres aliæ diœceses novæ.

Papa Joannes etiam in diœcesi Narbonensi duos episcopatus novos instituit; & priorem quidem anno 1317 in vicina urbe Limosio: sed anno proximo sedem transtulit in vetus Cœnobium Benedictinum Alectam, cujus templum Dominæ Nostræ dedicatum erat. Primum illius Episcopum 8 Jul. an. 1318 decre-

Bal. p. 135.
G. Chr. to. 2
p. 89.